

IN LIBRUM NONUM  
C. AUGUSTINI CURIONIS  
EPITOME.

**M**aximilianus Tridentum reddit. Multa oppida a Venetis recipiuntur. Venetorum ad Patavii propugnationem, & hostium ad oppugnationem apparatus. Franciscus Mantuanorum dux a Venetis capitur. Senatus in suos pietas & liberalitas. Patavium a Maximiliano oppugnatur. Hieronymi Saorniani res pro republica gestæ. Maximiliani a Patavii propugnatione discessus. Ut omnia circa Patavium exscinderentur lege constitutum. Res in Liburnis, Illyrico, Istris, Carnis, & Fojulienibus gestæ. Vicetia a Venetis capitur. Bellum a Senatu in Alfonsum Atestinum decernitur & geritur. Reipublicæ exercitus Veronam frustra mittitur. Multa oppida a Venetis recipiuntur. Classis in Alfonsum missæ progressus. Classis Veneta ab Alfonso fracta. De parente filia pro concubina utente supplicium sumitur. Julii placandi ratio a Senatu inventa.